Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26317
Copyright: Admont, Benediktinerstift

fr̄ iacobi et ioseph et symonis. Que lucas
scripsit de vita et virtutibus bte virginis.
Lucas uero qui ut dicit sci. capitulo iiij quintum
ewangelium suum de ore bte v. conscripsit. quod patet
ex eo quod missionem angeli ad ipsam virginem et eius
allocucionem describit. cui missioni et allocucioni nul-
lus preter ipsum angelum et virginem interfuit. ab alijs
rebus incipiens capitulo primo videlicet ab annunciacione na-
tiuitatis iohannis et ipsa natiuitate lucas prosecuta ewangelistam
hystoriam. mox describens angeli missionem ad virginem.
et ipsius salutacionem et annunciacionem concepcionis. et
natiuitatis christi de ipsa virgine et deinde accessum ipsius
ad elizabeth cognatam suam et earum mutuam saluta-
cionem et congratulacionem et propheticam exultacionem adinuicem
et moram et mansionem ipsius apud elizabeth usque ad
natiuitatem iohannis. ¶ Deinde capitulo ij° describit ascensum io-
seph et marie de nazareth in bethlehem ad professionem
census et ipsius marie partum in bethlehem et inter na-
ĩtitacionem et curacionem nati infantis quod ipse suis
pannis manibus inuoluit et reclinauit in presepio super
fenum. et angelorum apparicionem et annunciacionem natiuitatis
christi ad pastores et pastorum inquisicionem et inuencionem
infantis inuoluti pannis et positi in presepio
et pastorum congratulacionem et collaudacionem et con-
seruacionem omnium predictorum verborum et gestorum in corde eius



et ipo…